

ob qvæstum prostituunt, pœnâ mortis afficiuntur: qvanto magis capite plectendi venient illi, qvi proprias filias prostituunt. Farinac. d. Qu. 144. n. 57. fol. 654. Crimin. Qvod etiam procedit, si illud delictum semel à patre fuerit perfectum. Carpz. d. qv. 71. num. 19. 20. 21. fol. 167. Criminal. Qvini-mò si sciens pater patiatur filias scortari & adulterium committere, ut ex- inde conseqvatur lucrum. Modò istæc scientia non possit aliquva ignoran- tiâ colorari, vel contraria aliquva credulitate excusari. per l. 29. pr. ff. ad L. Jul. de Adult. Farinac. dict. qu. 144. num. 89. f. 657. Menoch. d. casu 534. n. 28. Et hoc innuunt verba articuli; Die sich williglich zu unehrlichen/ unkœu- schen/ und schändlichen Werken gebrauchen lässt. Unde manifestum est, lenones quoque & illos dici atque esse, qvi filias suas aliis violandas subjici permittunt, licet ipsimet non prostituant. Aliud tamen est, si pater filias suas scortari sinat; qvòd pœna prædicta tantum statuta sit in eos, qvi liberos suos aliorum libidinibus prostituant, cùm etiam hic descriptio Ulpiani quadret, l. 4. §. 2. ff. de his qui not. infam. qvod scilicet lenocinium sit, qvæstuaria habere mancipia; Et in eadem causa eum esse, qvi in liberis hunc qvæstum exercet. Farinac. d. qv. 144. num 17. fol. 650. Criminal. Qvamvis tamen parentes, qvi in fornicationem liberorum consentiunt, & non contradicendo vel impediendo illam adjuvant, cum illorum officio incumberet, eos ad vitæ honestatem educare, eosque ab istiusmodi flagitiis retrahere, & paterna autoritate coercere, pro ratione circumstan- tiarum arbitraria quadam pœnâ sunt puniendi. Carpzov. part. 2. qv. 71. n. 43. f. 161. Crimia.

Tandem pœna hæc ordinaria cessat, quando illi, qvi non sunt paren- tes, vel etiam parentum loco habentur, filias ad istas libidines prostituant, uti cum fratres & sorores tale delictum committunt: nam de illis Lex nostra nihil disponit, & pœnales sanctiones tanquam odiosæ non sunt ex- tendendæ.

## ARTIC. CXXIII.

*Pœna lenocinii, & quorum ope, auxilio consiliove adulteria conciliantur.*

Straff der Verkuplung/ und Helfsen zum Ehebruch/  
**N**ach dem zum offtermal die unverständigen Weibsbilder/ und die unschuldigen Mägdlein/ die sonst unverleumbde ehrliche Personen sind/ durch eliche böse Menschen/ Mann und Weiber/ böser bez- triega-